

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Caput Semicrinitum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A DE SEMICRINITO CAPITE.

C A P . XXXVIII.

Osiris non semel dicendus est nobis, tot & tanta fuerunt ea, quæ super hominis celebritate veteres memorie prodiderunt, dum commentum alii, historiam alii, consequuntur: veluti de semi-crinito ejus capite varia traduntur.

OSIRIDIS PEREGRINATIO. C A P . XXXIX.

Nam eam effigiem in Osiridis memoriam fieri author est Xenophon, quisquis ille fuit, qui scripsit *Osiridis simulacrum*, quo nonnulli peregrinationem ejus ostendere interpretantur. Ita vero habebat *mulacrum*. Artem. I. 1.

But Aquivoca, quo nonnulli peregrinationem ejus ostendere interpretantur. Ita vero habebat *mulacrum*, ut qua parte crines & barba prominenterentur, ita prolixia sineferetur, ut alteram oris partem omnino cooperirent. Causam hanc afferunt: quod toto expeditionis tempore, quo Gigantes bello persecutus est (id decennium in Italia fuisse ferunt) capillum & barbam nutrierit, quam mox in Aegyptum reversus depouerit. Unde mos inolevit apud Aegyptios, ut peregrinantes barbam & comum nutritarent. Superioribus annis facies hujusmodi dextera parte capitinis crinita, lava abrasa, Viterbiæ antiquo lapide visebatur, egoq; apud Petrum Melinum virum Rom. nobilitate & literarum peritia insignem, marmoreum capitulum vidi à sinistra parte capillatum, à dimidia altera glabellum.

MARIUM INTERITUS. C A P . XL.

Conjectores (nam libenter hos in comitatum accipimus, quod eorum dictata magnam cum Aegyptiacis hieroglyphicis similitudinem habent) rem aliter interpretantur. Nam dexteram capitinis partem capillis denudatam imaginari, ostendere aijunt mares consanguineos extingui debere: Artem. ibi.

quod si nullos habuerit, dannum nihil osculus aliquod extimescendum.

FOEMINARUM INTERITUS. C A P . XLI.

Si vero lava capitinis pars sine capillis esse visa fuerit, cui hoc acciderit, foeminas, si quas habet con-sanguinitate junctas, interitus ostendit: Si non habet, alicunde damnum omnino obventum: cognitorum enim hi significativum caput constituant. Dexteras vero partes mares, sinistras foeminas, in Tauri commentario non ex conjectorum tantum opinione, sed & Medicorum & Philosophorum & Astronomorum etiam traditionibus indicavimus.

SOLIS VIÆ. C A P . XLII.

Qui demum Osiridis rem curiosius interpretantur, Solem ajunt apud Aegyptios Osiridis nomine acceptum, & manifesto naturæ ipsius argumento lavas partes abrasas ostentare, dexteras vero hispidas. Nam quo tempore dexteras, hoc est, Septentrionales mundi partes inambulat, virent omnia, herbis, fruticibus, arboribusque tum pubescens, tum hispida: quo in lavam vertente, abradi omnia videntur.

SENECTUS MISERA. C A P . XLIII.

Occipitum vero calvum, ut iidem Conjectores opinantur, senectutem indicat inopem & infelicem. Ibidem.

JACTURA. C A P . XLIV.

Quod si toto capite calvum esse visum fuerit, amissionem eorum, quæ ad vitæ ornamenta pertinet, præmonstrari tradunt. Quin & abradi caput, nisi sacerdotes sint, aut scurræ, aut qui id verbum. facere consuerint, malum portendit, bona quippe eorum vi auferenda, navigantibus naufragium, morbo affectis periculum extremum, citra mortem tamen: quod moris sit naufragio factò capillum deponere, neque non à morbo convalescentibus.

SUPERFLUA SUMMOTA. C A P . XLV.

Quod vero sacerdotes Aegyptii quotidie rasitabant, neque ullum capillorum vestigium toto capite cerni patiebantur, hieroglyphice significare volebant superflua omnia summoienda: cuiusmodi significatum habetur 21. Deut. ubi si mulierem quis ex hostico viderit approbaveritque, ita ut eam uxorem ducere concupiscat, jubetur inter alia caput ejus detondere, unguesq; præcidere: hoc est (ut Cyrus interpretatur) si quid in profanis disciplinis reprehenderimus, quod approbemus, idq; in usum nostrum transferre cupiamus, dandam operam, ut ex his, quæ superflua fuerint, amputentur.

CCC 2

VIR.